



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Brigitta Vid. 23. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

458 VITÆ SANCTORUM. 23. Iulii.  
votione fundamus. Imitemur Magdalenanam  
quam conspicimus non solum caruisse pec-  
catis, sed ad sanctitatis verticem pervenis-  
se. S. Petr. Chrysol. serm. 2. de S. Magd.

S. BRIGITTA Vid.  
23. Iulii.

**V**ixdum septennis erat BRIGITTA,  
cùm jam coronâ donari meruit à cæli  
Imperatrice. Hæc eadem acu pingenti in  
opere adesse Magistra visa est. quidni ab  
hac Pallade edoc̄ta pulchrè pingeret? Eo-  
dem fere tempore Christum velut tunc  
primum in crucem suffixum vidi, di-  
ctitam tem facinus hoc eorem esse, qui  
suos amores negligerent, mundi sectaren-  
tur. Inde illa dolenti tam condoluit, ut  
quoties patientis mentio fieret, testes  
continuo doloris lacrymas daret, feriâ  
item VI. semper plagas animi nudaret,  
corpusculum ardenti cerâ perfunderet,  
herbas ore manderet amatissimas gustui,  
sed quas medicus amor condivit. Viro  
nupta vitâ egit tam sanctam, ut obstetri-  
cantem è cælo manum commodare Vir-  
go parienti non dubitarit. Ipsa Matris of-  
ficio tum se functam putavit, cùm Deo  
prolem transcripsisset. Filium certè, cui  
lacrymis cælum emollierat. ipse Deus fi-  
lium lacrymarum vocavit. Iam quoties  
illam loqui homini contigit graviori la-  
be asperso, oberrare ipsam naribus  
Meph-

24. Iulii. VITÆ SANCTORUM. 459  
Mephitim credidit, adeò malèvolentis  
animas scelerati trahitis! A morte con-  
jugis novas religiosè vivendi leges vi-  
ris virginibusque scripsit, quas ipse  
Legislator C H R I S T U S illi dictavit,  
cui etiam præsentí, anno supra M.  
C C C. L X X I I I. animam reddidit.  
Mortem illius orbis ideo minus tunc  
ægrè tulit, quòd vivere etiam mor-  
tuam in filiâ Catharina crederet. Ex  
Surio.

*Quæ anima semel didicit Dei præsen-  
tiam suspirare, & querere faciem ejus  
semper, nescio an vel ipsam gehennam ex-  
periri ad tempus horribilius ducat, quām  
post hujus studii gustatam suavitatem exire  
denuo ad illecebras, vel potius molestias  
carnis. B. Bern. serm. 25. in Cant.*

S. CHRISTINA VIRG. MART.  
24. Iulii.

D Icite, quotquot Musas colitis, quid  
virgine felicius, si Doctorem habere  
Angelum meretur? Certè Virgo C H R I-  
S T I N A habuit, & Christianæ doctrinæ  
rudimenta cùm edisceret, ab ore Ange-  
li pependit. Nempe sic ipsis Diis quo-  
que (quos argenteos aureosq; parens  
habebat) recte uti didicit, quando fra-  
ters in frusta pauperibus jussit cedere, do-  
cuitque hos ipsis recte denique morta-  
libus propitos esse: jam parentis furo-  
rem